Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ecce turba et qui vocabatur iudas unus de duodecim ante ce
debat eos. et adpropinquavit ihu. ut oscularet eum. Ihe
sus autem dixit illi. Iuda osculo filium hominis tradis. Videntes
autem hi qui circa ipsum erant. quod futurum erat dixerunt ei.
Domine si percutimus in gladio. Et percussit unus ex illis
seruum principis sacerdotum. et amputauit auriculam eius
dexteram. Respondens autem ihesus ait. Sinite usque huc. Et
cum tetigisset auriculam eius sanauit eum. Dixit autem ihesus
ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum et magi
stratus templi et seniores. Quasi ad latronem existis cum gla
diis et fustibus cum cotidie uobiscum fuerim in templo non ex
tendistis manus in me. Sed hec est hora vestra et potestas
tenebrarum. Comprehendentes autem eum duxerunt ad do
mum principis sacerdotum. Petrus autem sequebatur alongue. Accen
so autem igne in medio atrio. et cum sedentibus illis. erat pe
trus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quedam seden
tem ad lumen. et eum fuisset intuita dixit. Et hic cum il
lo erat. At ille negauit eum dicens. Mulier non noui illum
Et post pusillum alius uidens eum dixit. Et tu de illis es. Petrus
autem. O homo non sum. Et intuallo facto quasi hore uni
us alius quidam affirmabat dicens. Vere et hic cum illo erat nam
et galileus est. Et ait petrus. Homo nescio quid dicis. Et
continuo adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuersus
dominus respexit petrum. Et recordatus est petrus uerbi
domini sicut dixerat. quia priusquam gallus cantet ter me
negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Et
uiri qui tenebant illum illudebant ei cedentes. Et ue
lauerunt eum et percutiebant faciem eius. et interrogabant eum
dicentes. Prophetiza quis est qui te percussit. Et alia mul
ta blasphemantes dicebant in eum. Et ut factum
est dies conuenerunt seniores plebis et principes sacerdotum
et scribe et duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si
tues xpe dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixero non
credetis mihi. Si autem interrogauero non respondebitis